



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,  
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,  
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non  
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lugduni, 1652-1663**

Cap. 20. Circa Voti essentiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

## Sect. II. De Precepto II. Problemata. 151



### D E V O T O.

#### C A P V T X X.

*Circa Voti essentiam.*

#### P R O B L . L X V .

*propositum exequendirem honestam, sufficit, & non sufficit ad Votum.*

353  
Sufficiens pro  
missio.

**V**IDIMVS sect. 1. Votum esse Promissione deliberatam, & spontaneam Deofactam de meliori bono. Verum an promissio haec necessaria sit, vel solum propositum exequendi rem honestam & de meliori bono sufficiat, quaeferim? Sufficit plane. Quia hoc propositum obligationem inducit. Quod probat textus in cap. qui bona 17. quæst. 1. vbi Magnus Gregorius inquit: *Qui bona agunt, si meliora agere deliberant, & post deliberata non faciunt, licet in prioribus bonis perseverent, in confititu tamen Dei cediderunt ex deliberatione.* Sed cadere in Dei conspectu, est culpam coram illo committere saltem leuem Proverb. 24. *Septies in die cadit iussus.* Ergo propositum inducit obligationem. Et quia ipso quo quis in gratiam Dei bonum facendum proposuit, obligatur illud exequi, ne inconstantia, infidelitas, & mendacij arguatur. Sic Canonistæ cum Glossa ad cap. Literarum, de voto, v. proponens, & cap. Confulti, &c. Statuimus, de Regulari. Faut Palud. in 4. dist. 38. quæst. 1. art. 1. num. 1. D. Antonin. part. 2. tit. 11. cap. 2. & alij plures relati à Gutier. l. 2. qq. Canon. cap. 22. n. 32.

354  
Promissio non  
sufficit.

Minime sufficiens solum propositum quamvis absolutum, & efficax. Quia non inducit obligationem, qua ad votum necessariam requiriatur. Hec némque obligatio nasci debet ex aliqua lege extrinseca imponente obligationem omnibus illis, qui de bono aliquo faciendo bonum propositum conceperint: vel ex propria voluntate proponentium: vel ex ipsius propositi natura. At ex nullo capite haec obligatio nascitur. Non quidem ex lege: nulla enim talis ostendit potest. Non ex propria proponentium voluntate: cum haec solum sit factum quod proponunt, non tamen se obligandi. Neque ex natura ipsius propositi. Alias si quis proponeret firmiter diuina precepta seruare duplice peccato inficeretur, quodlibet propositum violando, uno aduersus præceptum violatum, altero aduersus obligationem proposito inductam Ita Syluest. verb. *Votum 1. quæst. 2. Nauar. cap. 1. 2. sum. num. 2. 6. Bonac. tom. 2. d. 4. quæst. 2. pun. 1. Lessi. lib. 2. cap. 40. dub. 4. num. 2. 1. Suar. lib. 1. de voto, cap. 2. num. 3. Sanch. l. 4. sum. cap. 2. num. 20. Valent. 1. 2. d. 6. quæst. 6. puncl. 1. Palau. tom. 3. artcl. 1. 5. d. 1. puncl. 2. num. 2. Couat. de pat. p. 1. §. 3. n. 12. Gutier. l. 2. qq. Canon. c. 22. n. 32.*

Hoc mihi certum. Quia si aliquod Evangelicum eo solum seruare proponerem: verbi gratia cleemolynam clargiri, vel audire Missam singulis diebus, & haec omittentes: grauiter delinquenter, grauis enim est materia si facto votum omittetur. Ergo si propositum hanc similem obligationem inducit, illius transgressio lethalis erit. Quæ omnia absurdâ esse quis dubitet? Igitur concludo, propositum ex se nullam inducere obligationem, & consequenter ad votum non sufficere.

#### P R O B L . X L V I .

*Si promissio est absque animo exequendi rem promissam, constituit, & non constituit Votum.*

**R**Ecolo, tripliciter posse contingere simulationem. Primo si quis promittat verbo Nonnulla tenus, & non animo. Secundo si promittat animo promittendi, sed non animo se obligandi executioni. Tertio, si promittat animo se obligandi, sed non animo exequendi rem promissam. Verum posita prima, & secunda simulatione, voti obligatio impeditur verius est. Quia ea simulatione posita solum quoad apparentiam est promissio. At si de tercia simulatione loquamus, quæ constituit indefectu intentionis exequendi rem promissam, quaeferim, num huiusmodi promissio votum constituit?

Non constituit, sed haec simulatione voto obstat. Quia D. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 1. fatur, Non constituit Votum, ad votum tria requiri, deliberationem voluntatis, propositum, & promissionem. Propositum, inquam, non tantum se obligandi, sed etiam rem promissam exequendi. Et quia illud est de essentia voti, quod est de essentia promissionis, sed de essentia promissionis non solum est obligatio faciendo rem promissam, sed etiam propositum illam gerendi: Non enim promittere quis potest, quin significet, se animum habere, rem promissam agendi. Ergo in promissione hic animus includitur, & consequenter in voto. Sic Valent. 2. 2. d. 6. quæst. 6. punct. 1.

Constituit quidem, nec huiusmodi simulatione voto obstat. Quia executio operis promissi, & obligatio ad illud sunt distincta, ut per se patet. Ergo potest adesse animus amplectendi obligationem, quin adsit animus exequendi promissum: Ergo potest esse promissio absque animo promissum exequendi: nam promissio in animo suscipienda obligationem constituit. Id confirmatur emptionis ac venditionis exempli: qui contractus validi esse possunt absque animo traditionis. Quia illi contractus non in traditione, sed in obligatione ad traditionem consistunt. Cum ergo votum non in executione rei promissæ sed in obligatione illam exequendi constitut, potest absque dubio esse, quin animus executionis adsit, modo adsit animus obligationis. Ita Suar. l. 1. de voto, cap. 4. num. 3. Sanch. l. 1. de spons. d. 9. & 14. sum. cap. 1. num. 2. 3. Azor. part. 1. l. 1. cap. 12. quæst. 9. Lessi. l. 1. cap. 40. dub. 1. num. 7. Bonac. tom. 2. d. 4. quæst. 2. puncl. 2. num. 2. & alij apud ipsos.

359  
Hoc longè  
probabilitas.

Fateor, me non inuenisse alium Auctorem, qui P. Valentia sententia in terminis hereticeret: eam tamen satis probabilem esse ratus, contrariam longè esse probabiliorem existimo. An non præcipere quis subditu potest aliquod opus, quin voluntatem habeat, ut illud exequatur? Certe id manifestat præceptum Abramæ impositum de filio sacrificando: in quo Deus voluntatem habuit obligandi Abramam ad Sacrificium: non tamen voluntatem habuit, ut Sacrificium executioni mandaretur: Ergo similiter quis poterit obligationem sibi imponere ex voto ad aliquid gerendum, quin voluntatem habeat illud exequendi. An non qui Sacros Ordines suscipiunt in concubinatu persistendo, voto castitatis tenentur, tamet' animo eam seruandi caruerint? Profectò pro voto licet faciendo, propositus gerendi promissam requiritur. At pro voti essentia, & valore, sufficit propositum faciendo votum, & super se obligationem inducendi.

## PROBL. LXVII.

Spectato iure naturæ, metus incensus etiam insitè ad extorquendum Votum illud annullat,  
& non annulat illud.

**R** Ecolo ex sect. 1. metum alium esse grauem, 364 alium lenem alium prouenientem à Deo, <sup>Nomina</sup> seu à causis naturalibus, aliud ab extrinseco il- latum tunc iustè, tunc iniustè; aliud illatum ad extorquendum Votum, aliud non. Si metus à Deo seu à causis naturalibus proueniat, aliquis verò vt malum eviter, votet, Votum validum est tam iure naturæ, quam Ecclesiastico. Quia est per simplicem affectum nolle Votum face-re, si alia via vitare malum illud potest: at quia censet vel id esse impossibile, vel difficultimum: prudenti consideratione Votum eligit, vt medium ad malum vitandum: Valer ergò Votum. Idem dixerim, cum ab extrinseco metus sit incensus sive iustè, sive iniustè: si tamen incussum non est ad extorquendum Votum. Quia est eadem ratio, cum eo casu liberè quis assumat Votum, vt medium aptum ad malum vi-tandum. Quid medium Deo gratum est, li-cet occasio illius ei sit ingrata. Difficultas ita-que est, num metus incensus ad Votum ipsum extorquendum, id annulet? Et quia procedere potest de nullitate spectato iure natu-<sup>lat.</sup> ræ, vel Ecclesiastico. Item de metu insitè, vel iniustè incusso: ac denique de metu graui, & leui.

Porrò spectato iure naturæ metus gravis in- 365 ensus etiam iustè, ad extorquendum Votum, illud annulat. Quia votum ob eius perfectio- nem illius extrinsecè coactionis est incapax. Quare et si aliquis habeat potestatem minandi accusationem, vel mortem: nunquam tamen potestatem habet, minandi ea ad Votum ex- torquendum. Sic Manu. tom. 2. sum. cap. 93. num. 3. & 5. Ludovic. Lopez part. 1. Instruc. cap. 45. Vega. tom. 2. sum. cap. 129. cap. 17. Et satis probable putat Sanchez lib. 4. de ma-trimonio. d. 1. n. 1. & 2. & 1. 4. sum. capit. 3. num. 20.

Ob nullum metum iustè incussum Votum, iure naturæ spectato, annullatur. Quia potu-<sup>Non annul-</sup> lans Votum huiusmodi metu illato, potius cen-sendus est Votum offerre vt medium ad vicandum malum ortum ex natura delicti, aut alijs: quāmetum inferre. Quæratio procedit, etiam si ad professionem, vel matrimonium cogat, quia in hac petitione nulla est coactionis, sed potius oblatio cuiusdam Beneficij, vel remedij mar- li imminentis. Ita Sa v. Votum, n. 8. Suar. 1. de Voto, cap. 7. num. 16. Bonac. tom. 2. d. 4. q. 2. punct. 3. §. 1. n. 7. Lefsi. 1. cap. 40. dub. 3. num. 15. Sanch. lib. 4. sum. cap. 3. num. 21.

Cerd

## PROBL. LXVII.

Sufficit ad votum, & non sufficit ea deliberatio  
seu libertas, que ad peccatum lethale  
sufficit.

**R** Equiti ad votum libertatem est certum. 360 Quia est lex, quam sibi vouches imponit. Nonnihil re-  
colo. Quæ autem libertas necessaria sit, & sufficiat, haud satis exploratum. Quæserim igitur, an ad votum sufficiat libertas, quæ ad lethale sufficit peccatum?

**M**inime sufficit. Quia cum deliberatione, 361 Minime ius/  
ficta. qua ad peccatum sufficiens est comparitur le-  
uis confederatio in vovendo, & consequenter Dei offensio: qualis adest, cum calore iracundie, aliave passione percitus quis votum emittit: Ergo non sufficit ad votum. Nam voto colitur diuinæ Maiestas, non offenditur. Et quia in votis sic emittit ad transgressionis periculum. Non ergo censendus est Deus, ea admittere. Sic nonnulli memorati à Sancio ci-  
tando.

**S**ufficit omni- 362  
mo. Ea libertas quæ ad lethale peccatum sufficit, sufficit ad votum. Quia libertas sufficiens, vt dia-  
bolo devineti simus, sufficere debet vt Deo obstringamus. Alias si ad votum requisita es-  
set ea matura, & exacta deliberatio, que omnia circumstantiam conuenientia, & discon-  
uenientia in vovendo ponderaret, nullus ferè esset, qui verum Votum emitteret. Sufficit ergo ea deliberatio, quæ ad meritum & demer-  
tum sufficiens esse videbitur: Ita D. Thom. & alij antiquiores, quos sequuntur Nauar. sum.  
cap. 12. nu. 24. Valent. 2. 2. d. 6. quest. 6. punct. 1.  
Sanch. lib. 4. sum. cap. 1. num. 2. Azot. tom. 1. l. 1.  
cap. 12. quest. 2. Suar. lib. 1. de voto, cap. 6. num. 4.  
& 8. Lefsi. lib. 2. cap. 40. dub. 1. num. 2. Palau.  
tom. 3. tralat. 16. d. 1. punct. 4. num-  
ro 2.

**H**anc sententiam veram ynicè puto. Quam video decidi in cap. Sicut nobis, de Regular. Hoc unice verum esse votum. Vbi ad Votum obligatur, qui maximè pressus infirmitate illud emisit: sed non est credendum, tunc adesse ita perfectam deliberationem, vt omnia rimetur. Idem colligo ex cap. Veniens, de Voto, vbi Votum commutatur, quia in pue-

## Sect. II. De Precepto II. Problemata. 153

<sup>367</sup> *Hab. vnuis illud, sive simplex sit, sive solemne. Quia quicquid metus domini delicto debiti alicui incutitur, tunc potius censetur metus ille oriri ex lege, & natura delicti, & proinde ab intrinseco, quam ab extrinseco incutti: eo quod intra illum sit iusta timendi causa, radixque timoris. Quare id malum minans, non censetur metum inferre, sed potius metum iam ex delicto conceptum auferre, offerendo immunitatem si voceat. Praterea quia nulla irrogatur iniuria, nec aliqua simonia labes admittit offerendo delicti veniam, dummodo delinquens Religionem (verbi gratia) vocat.*

### PROBL. LXIX.

*Metus granis, seu cadens in constantem virum, iniuste incusus causa extorquendi voti illud irritat, & illud non irritat, iure naturali spectato.*

<sup>368</sup> *Vt divino naturali irritatur. Quia cap. 1. de his qua vi. non irritatur professio eo metu extorta, sed tanquam irrita declaratur: & nullus textus eam irritans invenitur: Ergo supponit, eam esse iure naturali irritan. Et quia spontaneum militem diligit Deus, nec promissionem coactam acceperat; nam cum votum sit Religionis actus, ad quam solum spon tanue spectat obsequium, petit necessario materiam sponte oblatam. Sicut Sotus l. 7. de iust. q. 2. a. 1. ad 2. & l. 8. q. 1. art. 7. & aliquis, Neoterici. Et in similis, nempe in matrimonio tali metu initio tenent multi alii, quos Sanch. l. 4. de marim. d. 1. num. 1. refert, & l. 4. cap. 3. num. 8. hanc sententiam satis esse probabilem profitetur.*

<sup>369</sup> *Non irritatur iure diuino naturali, sed solo Ecclesiastico. Quia stando in iure naturae ea deliberatio exigitur, ac sufficit ad voti valorem, que exigitur, & sufficit ad lethale pia culum (vt Probl. proximo vidimus.) At haec invenitur, cum tali metu: si quis enim eo metu coactus fornicateatur, mortaliter delin queret. Ita Azor. p. 1. l. 11. cap. 15. q. 6. Bonac. tom. 2. d. 4. q. 7. pun. 3. §. 1. num. 6. Searl. l. 1. de vot. cap. 7. num. 1. Sanch. l. 4. sum. cap. 3. num. 9. Lessl. 2. cap. 40. dub. 2. num. 18. Bagl. l. 7. de im pedim. ord. cap. 29. num. 5. Palaus tom. 3. tract. 1. 5. d. 1. pun. 5. num. 6.*

<sup>370</sup> *Eiusdem sum sententia. Cum his opinor. Quia neque ex iniuria, neque ex defectu libertatis potest votum iure naturae annullari: Ergo nullo ex capite. Antecedens probo quo ad libertatis defectum. Talis namque metus non tollit libertatem sufficientem ad meritum & demeritum: sed possunt cum illo opera bona ac mala compati. Ergo non tollit, vt sic coactus valide vovere valeat. Deinde diminutio libertatis aque pronenit ex metu iusto, ac ex metu iniusto. Si ergo metus iustus non impedit libertatem ad votum requisitam, nec illam metus iniustus debet impeditre. Et hinc infertur non impediri voti valorem ex iniuria. Nam iniuria commissa in tantum impedit voti valorem poterat, quatenus impedit, causas*

*illius adesse, nempe deliberationem ex parte videntis, & honestatem rei: prorsus. Cum ergo haec non impediuntur, neque voti valori impeditur.*

### PROBL. LX X:

*Votum metu coactum irritum est, & non est irritum Ecclesiastico iure.*

*Constat irritum non esse iure naturae, re-  
371  
stut discutendum, num Ecclesiastico Iure Ecclesiastico est irritum; Omnia vota metu graui fa-  
cta iure Ecclesiastico sunt irrita. Quia cap. 1.*

*De his, quia vi de pueri metu mortis a mari-  
to compulsa professionem emittere, & po-  
tetas, mortuo marito, matrimonium contra-  
hente, inquit Pontifex, debere compelli ad  
Religionem, si non confiterit, ex graui metu  
confessisse, nec liberè ratificasse. Ergo à  
contrario si confiterit graui metu confessisse,  
nec liberè ratificasse: ad Religionem non  
erit compellenda. Supponit ergo Pontifex  
metum grauem professionem irritare. Cum  
ergo eadem ratio in reliquis votis esse vi-  
deatur, omnia vota dicenda sunt irrita. Sic  
Sotus l. 7. de iust. q. 1. art. 1. Valent. 2. 2. d. 6. q.  
6. pun. 4. Nauar. cap. 2. sum. num. 52. Azor. p. 1.  
1. 1. cap. 15. q. 7. Sanch. l. 4. sum. cap. 3. num. 12.  
Lessl. l. 1. cap. 40. dub. 3. num. 18.*

*Nullum votum metu graui emissum irri-  
372  
tum est iure Ecclesiastico, sed relaxandum Non est irri-  
tum. Quia nullibi constat, ius positivum vl-  
lum votum irritare. Ergo non est asserenda haec  
irritatio, cum sit iuri naturalis derogatoria.*

*Porro textus, quibus haec irritatio nititur, id  
minime probant. Non textus in cap. Perlatum.  
solum enim de professione loquitur. Ergo non  
est ad vota simplicia extendendus. Imo nec  
professionem irritat, neque irritam supponit.  
Non enim decidit, quid esset faciendum, si  
constaret, pueram metu coactam velum sum-  
pulisse, nec postea liberè ratificasse: ad sum-  
mum colligitur per argumentum à contra-  
rio non esse compellendam ad Religionem,  
si hoc constaret. Quod optimè stare posset  
cum voti obligatione: quia lodo compulso-  
nis relaxatio erat concedenda ob metum  
incussum. Alij textus citantur, qui minus sene  
efficaces: verbi gratia cap. Cum dilectus. Nam  
ibi nullum fuit votum, sed quedam promis-  
sio (que votum vocatur.) Cisterciensibus  
facta, ac iuramento firmata. Sed do, ibi vo-  
tum, ac iuramentum fuisse, textus solum dicit,  
obseruandum esse: quia nec obseruatum ver-  
git in dispensum salutis æternæ, nec fuit gra-  
ui metu factum. Ex quo non licet colligere,  
votum factum graui metu non esse obseruan-  
dum. Alijs probaret, iuramentum metu gra-  
ui factum irritum esse: quod falso omnino.  
Solum licet inferri, ob talen metum  
esse facile dispensandum. Demù alia iura, que  
indicant, consensum coactum non esse con-  
sensum, ut est ille cap. Cum locum, de sponsal.  
facilis explicatur est, si dicas, non esse con-  
sensum plenè & perfectè liberum: si quidem  
mixtus est in voluntario. Ergo nullus est tex-  
tus huiusmodi irritationem probans. Haud  
est igitur asserenda. Ita Cardin. cap. 1. q. 1.*

# 154 Theologiae Moralis Lib. XXIX.

*caſu 4. de his, que & Sylvest. verb. Metua quæſt. 8.  
& verb. Votum 2. quæſt. 12.*

373  
Probabilis  
puto. ſedam  
professionem  
effe iritum  
reliqua au-  
tem Vota ir-  
ritanda.

Prolabiles fatis vnam, & alteram senten-  
tiam exiftimo. Ego autem putarim probabi-  
lius, professionem Religionis grani metu fa-  
ctam irritam effe Eccleſiaſtico iuxta reliqua ve-  
rō vota, etiam illud, quod in ſuceptione Sacri  
Ordinis affumitur valida eſte, venirequē rela-  
xanda. Ratio prioris partis eſt, quia eſt in cap.  
*Perlatum* exprefſe non irritetur profesſio Re-  
ligionis coactaſat ſatis ſupponitur, irritam eſſe  
alii decretis: verbi gratia in cap. *Presens* 20.  
quæſt. 3. vbi de Lamberto, quem pater coēgit  
Monasticam vitam proſteri Nicolaus Papa  
profat. *Presentem Clericum nomine Lamberto*  
*minimè debere existimamus, ſub tali violen-*  
*tia fieri Monachum.* Et Trident. ſes. 25. de Regu-  
lar. cap. 10. concedit quinque annū ad recla-  
mandam de nullitate profesſionis ob vim &  
metum, & ante debitam atatem facta. Secunda  
conclusionis pars, nempe nullum aliud Votum  
iure Eccleſiaſtico effe iritum ſic oſtendo: Ef-  
fectus irritationis eſt odiolus, ac proinde abſ-  
que firmo fundamento hand eſt introducen-  
dus: At nullum in iure repetitur fundamen-  
tum, quo reliqua vota præter profesſionem Re-  
ligionis irritentur, vt ex pendenti textus facilē  
conſtat: Ergo non ſunt censenda irrita. Moneo  
ſub profesſione Religionis vota poſt biennium  
in noſtra Societate Iefu emiſſa comprehendendi  
debeſt. Quia verē conſtituant Religiosum.  
Hac didici ex Basilio lib. 7. de matrimonio. cap. 19.  
num. 9. Suario lib. 1. de voto, cap. 8. num. 5. Pa-  
lao tom. 2. traſlat. 15. d. 1. punt. 5. num-  
ro 3.

## PROBL. LXXI.

*Metus leuis, quando eſt cauſa, ſine qua  
Votum non immitteretur, illud  
irritat, & non irri-  
tat illud.*

374  
Sicutum que-  
fitionis expo-  
ſio.

375  
Irritat Votum.

**N**on diſputo, quando hic leuis metus reſ-  
pectu fragilitatis perſonæ, cui inicitur  
cadens in virum conſtantem cenſetur: tunc  
enim irritat Votum, utpote qui verē in virum  
conſtantem verē cadit. Quæſtio eſt quando is  
metus reſpectu perſonæ, cui inicitur cenſetur  
leuis, & viri inconstantis, at eſt cauſa ſine qua  
Votum non immitteretur.

Profecto Votum id ſue ſimpli, ſine ſolem-  
ne profesſionis, ſue Ordinis Sacri iritum eſt  
in foro conſcientia, nullāque obligationem  
parit: Secus autem in foro extero. Quia ius  
confitentes diſcriben inter utrumque metum,  
innititur preſumptione, qua inclinatur crede-  
re, metum grauem eſſe cauſam, ſine qua actus  
non ſieper: Secus autem de leui praefunit. At  
ius preſumptioni innitens non habet locum  
in foro conſcientia, quando in eo contraria  
veritas conſtat. Item quia metus granis ideo  
irritat, quod plenam conſenſus auferat liberta-  
tem. Ergo metus quoque leuis irritabit, quando  
eadem auferat exiftens cauſa ut actus fiat.  
Sic Nauar. ſum. cap. 22. num. 51. Vbi generaliter  
tradit ad reddendum actum inefficacem coram  
Deo, ſufficere quilibet timorem minorem

inſto, qui eſt cauſa ſine qua non eſt actus. Eſt in  
propriis terminis voti ſolemnis profesſionis, &  
Ordinis Sacri tenet idem Nauar. alios allegans  
lib. 1. Conſil. titul. de his, que vi conſil. 1. num. 9.  
& conſil. 3. num. 4. & conſil. 9. num. 2.  
& alibi.

Quodclimeſe ſit votum ex metu leni, mini-  
mè irritare, licet ſit cauſa, ſine qua Votum  
non immitteretur. Quia metus non irritat Vo-  
tum eo quod: quomodo cumque voluntarium  
auferat, ſed quod prudenter, ac rationabiliter  
anferat, eligendo rem tam grauem, ac eſt Vo-  
tum, & profesſio, ratione illius timoris vitandi.  
Quod non contingit, quando metus eſt leuis.  
Sed in prudenter, & rationabiliter agimus. Nec  
verum eſt, iura hoc in caſu niti preſumptione.  
Ita Sotus libr. 4. de iuſt. quæſt. 1. art. 1. ad 2. Lu-  
douic Lopez part. 1. Inſtrucl. cap. 4. Valent. 2. 1.  
d. 6. quæſt. 6. punt. 4. Sanchez 1. 4 ſum. cap. 3. num.  
2. 4. Sa. verb. Metus. num. 3. Philarch. de offiſe. Sa-  
cerd. tom. 1. part. 2. l. 3. cap. 18. Azor. pari. 1. l. 1.  
cap. 15. quæſt. 7.

Hoc probabilis reor. Addo tamen quamvis  
hic leuis metus Votum non irritat, faciliorem  
tamen irritandi id cauſam praefare. Sicut de ex-  
tore circa cauſam impulſum. Sanchez doceſt  
libr. 4. cap. 2. num. 51. Quia similiſer mons hic  
voluntarium imminuit. Item quia hic eſt luſi-  
cienſis, vt iuramenum homini prælūm pollic  
ab Episcopo relaxati. Hinc deduxerim, metum  
reverentialer tantum irritare profesſionem, &  
quodvis Votum, quando ultrā reverentialer ad-  
ſunt mine, & probabilis timor aliquis granis  
incōmodi, qui quidē eſt timor in viri conſtan-  
tem cadens. Demum quando eſt dubium, an  
metus eſt grauius, necne, ad profesſionem, vel  
Votum ſimpli irritata, praefurnendum eſt  
in valori voti favorem, eum merum ſuſſile le-  
uem, ac proinde non irritare. Quia cum conſet  
de Voto, & excuſatio dubia ſit, ſtat pro Voto  
fine dubio poſſeſſio.

## PROBL. LXXII.

*Votum obligat, & non obligat, quando er-  
ror non ad eſt. Votum tempore circa ſub-  
ſtantiales eius circumſtantias,  
ſed poſteā illa mu-  
tantur.*

R Ecolo multiplicem eſſe errorem, vel igno-  
rantiam. Primus ac præcipuus veretur cir-  
ca Votū effientiam, vt li quis ignoret, Votum  
obligare: vel credit, non obligare ſemper, ſed  
quovisque violetur. Secundus veretur circa  
eius materiam. Tertius circa aliquas circumſtantias, & conditions. Quartus circa cauſam  
motiuam, vel impulſum voti. Certe si igno-  
ranta, vel error ſit in obligatione Voti, votum  
non obligat: & idem eſt de ignorantia, ſeu er-  
rore in materia promiſa. Ignorantia ſeu error  
circumſtantiarum non impedit voti valorem,  
viſi in materiam promiſam redudent. Si vero  
error adiſt circa finem voti, eius valorem im-  
pedit. Secus ſi adiſt circa occaſionem, ſeu cauſam  
impulſum. Quæſierim itaque, an quando non eſt error vel ignorantia tempore Voti  
circa ſubſtantiales eius circumſtantias, reduc-  
dantes

Minimè Votum  
tempore.

377  
Hoc proba-  
bilis indicat  
alia abuſu.

Nonnulla  
ſupponit.

## Sect. II. De Precepto II. Problemata. 155

dantes scilicet in materiam promissam: sed postea illæ mutentur, Votum obliges?

<sup>379</sup> Minime obligat, quando circumstantia  
rum substantialium ea mutatio facta est, quæ  
si promittent occurseret, dum promisit, eam  
excepit, aut de ea tunc interrogatus respon-  
deret, mentem suam non fuisse, in eo euentu  
se obligare, quamvis absoluere promiserit, nil  
de illis euentibus cogitans. Quia liberalis  
promissio non est extendenda ultra promis-  
tentis intentionem: At huius intentio est,  
nolle se in eo euentu obligare. Sic Molina  
tom. 2. de iust. d. 27. Nauar. sum. cap. 18. num.  
7. Tabie. v. Iurare, q. 15. num. 6. Aramil. v. Iura-  
mentum, num. 35. Angel. v. Iuramentum 4.  
v. Prince.

<sup>380</sup> Obligat planè. Quia si prima sententia vera  
obligat, nullus esset in rebus humanis firmus  
contractus. Quippe sæpe contingunt aliqua,  
qua si fuissent præuisa contractus non cele-  
brarentur, nec ad eum euentum se contra-  
hentes obligassent. Ita Caiet. 2.2. q. 88. art. 3.  
Sotus 1.7. de iust. q. 2. art. 1. ad. 3. Ludou. Lopez  
p. 1. Instruc. cap. 43. Valent. 2.2. d. 6. q. 6. un. 4.

<sup>381</sup> Vt. que  
sententia  
unius. Ego quidem cum Sancto l. 4. sum. cap. 2. n.  
20. utramque sententiam conciliabo. Certi-  
sum est, rebus mutatis excusat quipiam  
a voti, iuramenti, aut promissionis obligatio-  
ne. Quod in promissione omnes fiantur, eis  
promissio illa votos, vel iuramento fuerit fir-  
mata: hæc enim intelliguntur, rebus in suo  
statu permanentibus. cap. Quemadmodum, de  
inreiu. Porro non omnis mutatio satis est, vt  
votum, vel iuramentum vel promissio deob-  
ligent, sed exigunt notabilis mutatio. Ut do-  
cet Henr. l. 1. cap. 14. num. 1. Alioquin pas-  
sim dissoluerentur omnes contractus, omnia-  
que vota, & iuramenta cessarent: cum aliqui a  
rerum mutatio sit frequentissima: & hoc so-  
lum probat primæ sententiae fundamentum.  
Nec est firma regula in viuierum intellecta,  
nempè eam mutationem satis esse, ad quam  
vouens de hoc interrogatus dicit, fore, vt non  
voueret, si prenosset. Sed debet intelligi,  
quando mutatio rei promissa ita est notabilis,  
vt quasi eam alio in statu constitutat, & diuer-  
fa res ab ea, qua promissa est, videatur.

### PROBL. LXXIII.

Obligat & non obligat votum nunquam  
peccandi, aut venialiter non de-  
linquendi.

<sup>382</sup> Nonnulla  
præmissa. Regula est ab omnibus recepta, impossibi-  
lia Deo promitti non posse. Quia ad illa  
facienda, non potest suscipi obligatio. Regula,  
Nemo potest de regu. iuris in 6. Quod non sol-  
lum verum habet in rebus absolute impossibili-  
bus: sed etiam in iis, quæ comparatione pro-  
mittentis impossibilita sunt. Nam eo ipso non  
poterit promittens ad illa se obligare. Multi-  
pliciter autem votum non peccandi fieri pos-  
se præmitto. Primo, si votum fiat non peccan-  
di mortaliter. Secundo, si fiat non peccan-  
di mortaliter, nec venialiter. Tertio, si fiat non pec-  
candi venialiter in hac materia determinata,

vel in hoc genere peccatorum. Si votum fiat  
non peccandi mortaliter, validum est, vt potè  
de re possibili non viribus naturæ, sed gratiæ,  
qua omnibus ea vii volentibus, diuinæ quoque  
misericordiam implorantibus est parata.  
Quælibet autem, an validum sit votum non  
peccandi mortaliter, nec venialiter?

Validum est. Quia lex diuina obligat, vi-  
tare omnia peccata mortalia, & venialia: aliæ  
quis non peccat, si propositum haberet, <sup>383</sup> Potum vales  
aliq[ue]ando venialiter delinquendi: sed ad id,  
ad quod lex diuina obligat, quilibet potest  
se per votum obligare, vt potest ad rem per-  
ficiari, & possibile: Ergo potest se quis  
obligare non solum ad vitanda peccata mor-  
talia, sed etiam venialia. Sic Nauar. sum. cap.  
12. num. 34. expresse tenere videtur, dum ait,  
vouentem in genere, se amplius non peccatu-  
rum, teneri, dum peccat exprimere voti cir-  
cumstantiam sive mortaliter, sive venialiter  
deliquerit. Angles p. 2. q. 7. de voto, art. 1.  
diffic. 8.

Non est validum votum quoad omnium  
peccatorum collectionem. Quia eis vitare Non est vole-  
omnia peccata mortalia, ac venialia sit cui-  
usque (speculativus loquendo) physicæ possibile,  
at mor. liter & spectato communi rerum  
euolu, & auxiliis à Deo concessis, impossibile  
est: vt experientia doceret ad ea que mora-  
liter impossibilia sunt, lex humana positiona  
obligare non potest: Ergo neque votum. Ita  
Sotus 1.7. de iust. q. 1. art. 3. Valent. 2.2. d. 6. q. 6.  
pun. 1. Sanch. l. 4. sum. cap. 5. num. 10. Leff. l. 2.  
cap. 40. dub. 7. num. 3. Suar. l. 2. de voto. cap. 3. n.  
5. Pala. tom. 3. tr. 1. 5. d. 1. pun. 8. q. 1. num. 5.

Hoc longè verius putarim, nec obitate, le-  
duc mibi longe  
gem diuinam naturalem ad vitanda omnia gè verius.  
illa peccata obligare, vt manifeste probat  
primæ sententiae fundamentum: vt inde in-  
feratur, quem per votum obligari posse.  
Quia illa obligatio est velut rationalis natu-  
ra proprietas: ac proinde non mirum, si so-  
lummodo potentiam physicam spectet. Nam  
rationali naturæ, qua talis est, accidentaria est  
moralis impossibilitas proueniens ex appeti-  
tu rationi non subiecto. At obligatio voti, &  
cuicunque legis positione cum subsequatur hanc  
moralement impossibilitatem, illam spectat, ac  
proinde cum illa comparati non potest.

### PROBL. XXIV.

Votum vitandi omnia peccata tam morta-  
lia, quam venialia, quod non potest ob-  
ligare ad totum: obligat, & non obligat  
ad partem.

Esto votum vitandi omnia peccata sit ab-  
solute moraliter de materia impossibili: <sup>386</sup> obligat ad  
quasi tamen, an obligat ad partem nem-  
pe ad vitanda saltem peccata mortalia? Ob-  
ligat quidem. Quia quoad illam partem pos-  
sibile est huiusmodi votum: & cum sit pars  
omnium distincta, & separabilis ab alia  
parte, non peccandi venialiter: credendum  
est, ex huius coniunctione alteram non vi-  
tiari. Sic Suar. l. 2. de voto, cap. 3. num. 16.  
& alij.

Minime

# 156 Theologiæ Moralis Lib. XIX.

<sup>387</sup>  
Nen obligat  
ad partem.

Minime obligat. Quia sic voulens per modum vnius collectionem omnium peccatorum vitare intendit: Ergo constituta impossibilitate aliquot peccata vitandi, votum videbitur ex nulla parte tenere. Nam comparatione voulentis non haber partes, cum omnes per modum vnius Deo offerantur. Et confirmo. Si illud votum, qua parte respicit vitationem peccatorum mortaliū: subsistere debet, quia hæc vitatio & possibilis est, & separari potest à vitatione venialiū. Cū autē in ipsis peccatis venialibus pluram, quæ vitari possunt, & ab aliis sint separabiliā: officit sanè, votū quoad illa tenere. Hoc autē esse nō potest: Tūm quia non est major ratio de his peccatis, quam de illis, cum quodlibet in particulari sumptum vitabile sit. Tūm etiam, quia omnia illa per modum vnius offeruntur vitari. Ita Sanch. alii relatis. l.4. sum. c. 5. n. 10.

<sup>388</sup>  
Authoris 16.  
solutio. Vbi  
plura de hac  
obligatione.

Dixerim, si expressam voluntatem quis habuit, non se obligandi vitare mortalia, nisi simul obligatus maneret omnia venialia vitare: votum minimè tenere. Quia non purgatur conditio, sub qua ille obligationem intendebat suscipere; sed raro quis hanc voluntatem habet; potius enim intendit se obligare, quantum obligari potest. Nam qui amore virtutis, ac reuerentia Deo debita promittit, non peccatum, offert Deo vitare omnes, & singulas eius offendiones & peccata, quæ per se, & ex natura rei ab aliis separantur censendus est offere. Ergo voulens non peccatum mortale à veniali separatur, & obligatio vitandi mortalia ab obligatione vitandi venialia frequenter sciungitur. Hinc colligo, votum de re possibili partim, & partim impossibili, non valere, si voulens expressam voluntatem habuit non se obligandi ad partem possibilem, quin ad totum obligatus maneret. Quia votum est lex, quam sibi voulens imponit, & ultra illius intentionem non est extendenda. At si de hac expressa voluptate non constat, spectanda est materia promissa, quæ si partes habeat separabiles, & obligatio partis possibilis ab impossibili comparte non pendeat spectato communis tylo, & si voulendi, votum quoad partem illam possibilem tenet: secus vero si partes inter se copulentur. Quia quicunque præsumit debet intentione obiecto accommodata vovere. Exemplum voti habentis partes separabiles est. Si mulier, quæ vivente marito, & ab eo eius consensu vovit castitatem: obligata manet ad non petendum, tametsi ad non reddendum obligari non posuit. Verum voti habentis partes inseparabiles sit: si voveat quis Monasterium adficare, & paupertate superuenientem, non possit nisi partem, ad eam non tenetur; quia per modum vnius censendus est, Monasterij extructiōnem promisit.

## PROBL. LXXV.

Validum est, & non est validum votum, quo quis promittit, quantum in se est omnia peccata venialia vitare.

<sup>389</sup>  
Validum est.

V

Alidum plaus est. Quia talis promissio possibile habet obiectum, conuenitque cum proposito vitandi omnia peccata venialia,

quantum cum diuina gratia, & humana fragilitate id fieri possit: quod propositum passum viri perfecti habent, obligari que speciale curam, ac diligentiam adhibere. Sic Sanch. l. 4. sum. cap. 5. n. 13. Lessi. l. 2. c. 40. dub. 7. m. 11.

Minime est validum. Quia est de obiecto humana ratione incognoscibili. <sup>Non est va-</sup> <sup>lida.</sup> Qui enim dico, quando debitam diligentiam adhibet, præcipue in peccatis, quæ ex surreptione contingunt, quæque plenam aduentiam, ac considerationem praenuntiant: Ita Palatus tom. 3. tract. 15. d. 1. pun. 8. §. 1. num. 11.

Hoc probabilis esse reor. Nam votum cum obligatione inducat, deber esse de re certa, ac determinata, voulentique cognoscibili. Secus, <sup>391</sup> <sup>Hoc proba-</sup> <sup>tum est.</sup> quod quia obligatorium <sup>lum est.</sup> non est, eam non postulat distinctionem. Econtra est votum faciens omnia venialia, quod quidem est validum. Quia est de materia possibili, ac determinata. Non enim intelligitur factum de faciendo omnibus venialibus absoluē, sed de fatendis iis, quæ facta mediocrem diligentia, memoria occurserint. Sanch. citat. numer. 2. o.

## PROBL. LXXVI.

Valeat, & non valeat votum eleemosynam faciendi, si quis ex bello iniusto euadat in columis.

S

uppono ex fett. 1. votum debere esse necessarium de re bona, & honesta. Quia debet esse grata Deo, cui fit votum; alias illam non acceptabit. Deo autem gratum esse non potest, quod non sit bonum, & honestum. Nam in eius cultu, & obsequiū cedere non potest. Hinc sit, nullum alium indifferentem, dum in ea indifference persilicet, voti esse materiam. Quia actus indifferentis honestus saltem non est, & consequenter incapax diuinis cultus, & obsequiij. Verum aliqua sunt vota, de quibus non constat, num finem honestum, vel turpem habeant. Quocirca quæsicerim, an votum eleemosynam gerendi, si ex bello iniusto quis euadat in columis, validum sit?

Validum quidem est. Quia res promissa in huiusmodi voto, bona est, & finis, sub quo promittitur, etiam est bonus; bonus namque est, & petitione dignum, posito bello iniusto, quod quis aggredi intendit, in columem, & saluum evadere. Et licet in re hic finis actuū illicetum supponat, at in voulentis intentione non videtur supponi: sed præscindit ac separari. Sic Laym. l. 4. tract. 4. cap. 2. num. 7. Lessi. l. 2. cap. 40. dub. 7. num. 3. 8. Suan. l. 2. de voto, cap. 5. numer. 14. & 16. Sanch. l. 4. sum. cap. 6. num. 13. alii relatis.

Non est validum. Quia ea eleemosyna obligata non intendit ille in columitate absolute obire, sed bello iniusto. Ergo votum hoc finem turpem habet: siquidem in columitate optata bellum iniustum imbibit. Ita Palanus tom. 3. tr. 15. d. 1. pun. 8. §. 1. num. 1.

Planum hoc milii, quod alio exemplo confirmarim. Quis ex concubina filium expedit <sup>He lo-</sup> <sup>videt.</sup> accipere, & ut imperet antequam eam cognoscat, votum eleemosynæ gerendæ emittit. Vo-

tum non valeret; quia filius quem impetrare exoptat est ex illico concubitu: Ergo intentio obtinendi talen prolem ab illico concubitus intentione separari non potest. Idem est de incolumentate ex bello iniusto exorta. Nam licet iniustum bellum non sit medium ad incolumentatem, est tamen medium ad incolumentatem, quam ille desiderat; quia desiderat incolumentem quae terminus sit bellii iniusti. Simile quippeiam de voto facta a ludente ludo illico, si in ludo vicerit, ac lucrum reportauerit: & à meretrice, si abuso sui corporis magnam pecuniam obtinuerit. Hæc omnia Vota irrita sunt & blasphemata, ut pro impetracione turpi emissa.

PROBL. LXXVII.

Vitiatur, & non vitiatur votum, quando emititur pro rebus temporariis, obitum, que ex se indifferentia sunt, nec à votante referuntur ad alium superiorum finem, quo honestentur, sed in illo solo sistuntur.

**N**on vitiatur votum rei bona, eo quod finis sit indifferentia. Quia ratio voti solum petit, & eius materia sit melior, quam contra-<sup>Non vitiatur</sup> ratiad autem minime petit circa eius finem. Et quia quævis Deus non accepteret votum ob solas res obtinendas emissum tanquam meritorium, placet tamen ei, ut hæc obligatio validitas: postea per votantes intentionem ad meliorem finem ordinetur. Sic Richard. in 4. dis. 38. a. q. 2. & Angel. v. Votum 1. n. 4. Sylvest. v. Votum 1. quest. 4. dictio. 2. Palati. in 4. dis. 38. d. 1.

Vitiatur votum rei bona, si finis sit indifference. <sup>Votum placere</sup> ordinatus ad ea tempora alesquenda aliunde quam a Deo. Quia quicunque suo voto, & suis oportibus intendit aliquid temporariu[m] obtinere a Deo, vel pro illo obtento gratias agere, eo ipso Deum auctorem illorum bonorum esse fatur: unde res illa vero promissa conductus ad Dei honorem, & erit legitima voti materia. Quod quidem minime repetitur, quandiu aliunde eas res obtinere votantes intendit. Ita quidam Iuniores, quo, prelio nomine Sanchi, memorat. l. 4. sum. cap. 7. numer. 2. & alij communiter.

Validum per se est huiusmodi votum. Qui ita non est censendum ille agere gratias pro victoria iniusta ex ea parte, qua iniusta fuit, & à se processit: sed pro ea victoria, quatenus processit a Deo: & idem de filio inique acquisito dixerim: Sed secundum hanc rationem bonum quid est, & honestum: Ergo in eum laudem, gratitudinis causa. Votum offerri potest. Ita Suan. lib. 1. de Voto, cap. 4. numer. 19. Palau. tom. 3. tract. 15. d. 1. punct. 8. §. 2. numer. 4.

Eiusdem sume mentis. Neque obstat expositio, mo antè partam iniustum victoriam, vel turpitudinis executionem illum non potuisse. Votum offerre Deo pro illa obtinenda, aut filio accipiendo tametsi non videatur illud offerre pro ea parte, qua iniusta est, & ab illo procedit: sed pro ea parte, qua a Deo est processita: Quia est longe diversa ratio. Nam eo ipsis, quo offerit Votum ad imperandum a Deo auxilium pro iniusta victoria, aut prole iniquitate attendit Deum habere cooperatorem suæ iniustæ, ac turpitudinis: quod est ecclesiæ Numini iniuriosum. At iniustitia, & iniquitate iam perpetratæ, optimè potest auxilium Dei ab ea præcindere: & pro illo gratias agere ac Votum offerre. Et a fortiori potest præcindere ab iniquitate effectum victoria, scilicet incolumentem, honorem recuperatum: & in gratiarum actionem horum bonorum Votum Deo dilectare.

Certe loquendo de voto, cuius finis est res quedam indifferentes, sic distinguo: si res illa <sup>Votum significare</sup> indifference materia per votum promissa, eo quod hæc materia solum ordinatur ad unum finem illum a Deo, vel aliunde alesquendum: votum est prorsus irritum. Quia cum in moralibus species rei sumatur a fine, talis est res, qualis est finis. Ergo sicut si finis illius rei promissa esset malus, ipsa quoque mala esset: ita si finis sit indifferentes, ipsa quoque indifferentes erit. At votum rei indifferentis minime obligat, si autem finis rei promissa ordinetur eam ad agendas Deo gratias pro illa re indifferenti obtenta: aut si finis solius voti, ordinando illud ut illam rem indifferentem obtineat sive a Deo, sive aliunde, sive ad agendas Deo gratias pro re indifferenti obtenta, votum valebit. Itaque tunc tantum non valeret, votum hoc quando res promissa ordinatur ad rem indifferentem alesquendam. Quia quando votum sive res ipsa promissa ordinantur ad gratiarum actionem pro his obtentis, finis non est indifferentes, seu optimus. Si autem sit finis voti solius ordinatus ad solam eius finis indifferentis alesquendem: quanvis hic finis sit omnino indifferentes, & proinde si rem promissam afficeret, votum irritaret: at non irritat, quando est finis solius voti. Quia tunc, cum res promissa non afficiatur eo fine: ut pote qui non est eius finis: manet bona, ac legitima voti materia.

**N**on vitiatur votum rei bona, hoc votum 399

<sup>396</sup> **N**on est validum, sed Blasphemum. Quia votans indicat, Deum fuisse iniustitiam, ac turpitudinis auctorem. Si enim Deum per votum excitare ille non poterat, vt victoriam iniustum concederet, & filium ex concubitu turpi donaret: quia horum author non est, quomodo poterit quis pro illis Deo gratias offerre? Ergo qua ratione vnum votum est irritum, etiam & aliud. Sic Sanch. lib. 4. sum. cap. 6. n. 1. & 11. Lessi. lib. 2. cap. 40. dub. 7. num. 37. Laym. lib. 4. tract. de voto, cap. 7. num. 2. & 8. & alij communiter.

<sup>397</sup> Validum per se est huiusmodi votum. Qui ita non est censendum ille agere gratias pro victoria iniusta ex ea parte, qua iniusta fuit, & à se processit: sed pro ea victoria, quatenus processit a Deo: & idem de filio inique acquisito dixerim: Sed secundum hanc rationem bonum quid est, & honestum: Ergo in eum laudem, gratitudinis causa. Votum offerri potest. Ita Suan. lib. 1. de Voto, cap. 4. numer. 19. Palau. tom. 3. tract. 15. d. 1. punct. 8. §. 2. num. 4.

<sup>398</sup> Eiusdem sume mentis. Neque obstat expositio, minuta. mo antè partam iniustum victoriam, vel turpitudinis executionem illum non potuisse. Votum offerre Deo pro illa obtinenda, aut filio accipiendo tametsi non videatur illud offerre pro ea parte, qua iniusta est, & ab illo procedit: sed pro ea parte, qua a Deo est processita: Quia est longe diversa ratio. Nam eo ipsis, quo offerit Votum ad imperandum a Deo auxilium pro iniusta victoria, aut prole iniquitate attendit Deum habere cooperatorem suæ iniustæ, ac turpitudinis: quod est ecclesiæ Numini iniuriosum. At iniustitia, & iniquitate iam perpetratæ, optimè potest auxilium Dei ab ea præcindere: & pro illo gratias agere ac Votum offerre. Et a fortiori potest præcindere ab iniquitate effectum victoria, scilicet incolumentem, honorem recuperatum: & in gratiarum actionem horum bonorum Votum Deo dilectare.

## PROBL. LXXXI.

*Votum potest, & non potest esse de rebus  
præceptis.*

402  
*Non potest  
esse  
votum.*

**N**on potest propriè esse Votum. Quia votum quis assumit ad firmandam suam voluntatem, illamque obligandam operis promissi executioni. Sed comparatione operis præcepti est firmata eius voluntas, & obligata exēcutioni talis operis Superioris præcepto, & voluntate: Ergo opus præceptum non potest proprie esse Voti materia. Sic D. Thom. in 4. diff. 8. quæst. 1. art. 1. quæst. iunc. 1. Durand. ibi. g. 1. Lyra. Denuo. 3. in ea verba: Cum votum vovere. Gerlon. part. 2. alpbab. 2. litt. 1. & T. D. Antonin. part. 2. sit. 1. cap. 2. §. 1. Angel. v. Votum 1. num. 1. Sylvestr. ibi. quæst. 4. Tabien. quæst. 2. Arborius lib. 1. 9. 1 heosop. cap. 6.

403  
*Votum cessa-  
potest.*

Potest esse votum de rebus alijs præceptis, quamvis Votum propriissime sit de rebus consiliis. Quia huiusmodi res sunt absolutè ac simpliciter liberae, & solum secundum quid necessariæ, nempè necessitate præcepti: Item sunt honesta, & Deo ita grata, vt opposita grata non sint. Ergo sunt apta, vt Deo in cultum offerantur. Hæc enim oblatio libera, & spontanea ex præcepto non impeditur. Quia præceptum non cogit ad obligationem, neque voluntatem necessitatibus; sed liberam absolutè relinquit, vt opus præceptum exequatur Ita Valent. 2. 2. d. 6. qu. 6. pun. 1. Nauar. c. 1. 2. sum. n. 25. Azor. p. 1. 1. c. 13. q. 1. Sanch. l. 4. sum. c. 5. n. 6. Suar. l. 2. de Voto. c. 6. n. 4. Less. l. 2. c. 40. dub. 7. n. 47. Laym. l. 4. tr. de Voto. c. 2. n. 9. & alij apud ipsos, ex D. Tho. 2. 2. d. 88. a. 2. & ibi Catet. dub. 1.

404  
*Hoc omnino mihi indubitate, Cuilibet enim  
actu plures obligations adesse possunt. Potest  
enim quis iuramento obstringi ad seruandum  
iuruum ex præcepto temptantia debitum; &  
ad seruandam Fidem diuinam ex præcepto Fidei  
debitam: & ad seruandam promissionem humani  
factam ex iustitia vel fidelitate debitam humana;  
& in professione Religionis Religiosi ob-  
ligantur ad castitatem seruandam, alioqui ex præ-  
cepto naturali debitam. Non igitur una obligatio  
alteram impedit: Sed potius virtutem pro-  
monet, & voluntatem in bono firmorem reddit,  
vt potest pluribus vinculis illigata. Ceterum siue  
hanc, siue illam sententiam eligas, minime tam  
audias Gersonem, & Tabienam citatos asseren-  
tes, transgressionem huiusmodi votorum gra-  
uiorem esse ratione voti, quā si solum præceptū  
esset: (quod certum est); at non mutare speciem  
nec esse necessariò voti fatidam circumstan-  
tiā. Quippe què certum est, mutare speciem,  
ac necessariò aperiendam esse in confessione.  
Quod constat ex c. Impudicas, & cap. Sacrifegi,  
27. q. 1. Bi fornicantes contrà castitatis Votum.  
Sacilegi appellantur.*

## PROBL. LXXX.

*Votum non vouchi, validum est, & non  
est validum.*

405  
*Ceterum recolo.*

**C**onstat ex seft. 1. ad votum non sufficere  
crem promissam esse bonam & honestam;

Sed debere esse meliorem, quam sua contradic-  
toria. Ne obligatus sit vouens ad omittendum  
id, quod melius est, ac Deo gratius: quod nec di-  
vino obsequio, nec nostra est consonum perse-  
cutioni. Sunt itaque aliqua Vota, de quibus du-  
biū est, num meliori bono opponantur. Quæ-  
siderim in primis, an votum non vouchi vali-  
dum existat.

406  
*Non est vali-  
dum.*

Non est validum. Quia opponitur contra-  
dictoria Votorum emissioni, ad quam Deus  
consultit, & inclinat. Sic Doctores, & vele quidem:  
Loquendo sic absolute. Nam vovere est  
consilio Euangeli, atque Religionis actus.  
Vnde Sanch. citandus docet, ex le., & abso-  
lutè Votum non vouchi esse irritum, quia op-  
ponitur consilio Euangeli. Verum omnia Vota  
consiliis Euangelicis opposita nulla sunt: verbi  
gratia Vota non suscipiendi Ordines, non in-  
grediendi Religionem: non mutandi, non fi-  
deinbendi, non ergandi eleemosynam, & similia. Quia hæ negationes per se nullam ha-  
bent honestatem, & ex se maiori boni ex-  
ecutionem impediunt cum consilia semper de  
meliori sunt bono. Ergo Votum non vouchi  
impediens melius vouchi bonum irritum est  
omnino.

407  
*Non est irri-  
tum, sed omni-  
no validum.*

Non est irritum, sed omnino validum. Quia  
potest quis Votum non vouchi emittere, ad  
vouchi temeritatem, ac facilitatem, scrupu-  
los, & alia peccata indè exurgentia præcauenda. Exempli gratiæ, si quis voveret, se nunquam  
emissurum Votum, nisi ex Confessarij consilio,  
vel nisi verbo aut scripto coram aliquibus per-  
fonis. Quia conditions hæ non excludunt Votum,  
sed Votorum emissioni conuenientem  
planè conditionem apponunt, ad eorum vita-  
ndam temeritatem. Ita Azor. p. 1. 1. cap. 1. q. 6.  
Suar. l. 2. de voto. c. 1. n. 5. Less. l. 2. c. 40. dub. 7. n.  
45. Sanch. pluribus relatis l. 4. sum. c. 8. n. 14. Pa-  
la. tom. 3. tract. 15. d. 1. pur. 8. §. 5. num. 5.

408  
*Hoc certum es-  
se puto adiiciens, eum, qui ab-  
peccare, remeritatis reum, vt Lessius, & Santos  
adpertunt: Votum autem sic emissum etiæ pec-  
caminosum (regulariter quidem) venialiter ob-  
leuem materiam ) tenere, si alioquin sit de re  
meliori. Quia peccatum in votando commil-  
sum non tollit voti valorem, vt probat Sanchez  
ibi. n. 16. Quod si immemor prioris Voti, quis  
Votum emitteret, distinxerit: Si cum prius  
Votum emisit expressam habuit voluntatem  
non solum non vouchi ablique præfatis cir-  
cumstantiis, sed nec se obligandi, si forte voveret,  
Votum non teneret. Quia prior illa vo-  
luntas non se obligandi, perseverat: nec cen-  
seretur noua voti emissione retractari. At si illam  
voluntatem non habuit, valet omnino Votum.  
Quia nihil est, quod illius valorem impedit.  
Suar. l. 2. de voto. cap. 11. num. 5.*

## PROBL. LXXXI.

*Validum est, & validum non est Votum  
non petendi Voti dispensa-  
tionem.*

409  
*Profectò si sub aliqua limitatione Votum  
emittatur, nempè non petendi Voti relaxa-  
tionem.*

## Sect. II. De Precepto II. Problemata. 159

tionem absque causa legitima, certum est, votum valere. Quia est yotum de non gerendo peccatum. Si quidem petere, vel concedere voti relaxationem absque causa, peccatum procul dubio est. At si hanc limitationem non exprimat, sed generaliter votum non petendum dispensationem, quererim, an yotum sic validum?

<sup>410</sup> Non est validum yotum. Quia yonenti mensura & utilius est aliquando, petere dispensationem, quam illam non petere, nempe quando transgressionis periculum adest. Ergo ad illum calum non se potuit yotum extenderet. Ergo non se extendit ad non petendum dispensationem, quando haec major cessat utilitas. Vt imam probo consequentiam. Quia per modum yotus omnes causas utiles, comprehenduntur: neque appetet, quo iure, aut consuetudine ad scilicet causas utiles extendatur. Sic Sanchez lib. 4. de voto cap. 8. num. 21. Cui fauet Sotus lib. 3. de iust. q. 1. a. 9.

<sup>411</sup> Est validum yotum, & obligat, quoties dispensationem non fuerit utilius yonenti dispensationem non petere. Quia yotum habens materiam diuidam, & separabiliter aliam aptam, aliam ineptam: si ea, qua apta est, frequenter, & in plurimum contingat: credendum est, divisiibiliter, & separabiliter eam aptam materiam respicere, dum de contraria intentione apertere non constat. Quia hic respectus est materia proportionatus, & facet actum valori. Ita Suar. lib. 1. de voto, cap. 11. num. 6. Palaus tom. 3. rr. 15. punct. 8. §. 5. num. 4.

<sup>412</sup> Verius hoc credo, nec obstat, yotum non fideiudebendi, non mutuandi absolute plurorum invalidum esse: tametsi habeat materiam aptam, & ineptam. Quia in yoto non fideiudebendi, nec mutuandi per se, & frequenter materia inepta resipicitur: cum fiduciibore, ac mutuare per se consilijs sint opera. At in yoto non petendi dispensationem per se materia apta respicitur, nempe firmari in obligatione voti absque spe liberationis. Unde yotum non petendi dispensationem validum esse potest, tametsi yotum non mutuandi, aut non fideiudebendi sit inutilitatem.

### PROBL. LXXXII.

*Ex yoto non petendi communicationem, manet quis obligatus, & obligatus non manet, ad non petendam compensationem, vel irritationem.*

<sup>413</sup> *E*x yoto non petendi dispensationem, aut irritationem, communatio pura non potest excluditur. Quia communatio non tollit absque voti vinculum, sed in aliud communat, & subrogat. At yonens non petere dispensationem, vel irritationem libertatem à vinculo voti sibi interdicit, non autem subrogationem: & hoc verissimum. Secus dicendum de yoto non petendi communicationem, quod quidem ad non petendam dispensationem, aut irritationem extendit. Quia qui sibi imperficiat libertatem à yoto interdicit, à fortiori ceteratur, sibi interdicere liberationem plenam, at Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

que perfectam. Verum si yotum sit de non petenda dispensatione excluditur ad irritationem non petendam: & è contra. Quia animus sic promittentis est, non liberari à yoti obligatio-  
ne. Sic Sanchez lib. 4. sum. cap. 8. num. 31.

<sup>414</sup> Ex yoti non petendi commutationem, non prohibetur quis dispensationem, aut irritationem <sup>non obligata</sup> petere, neque ex yoti non petendi dispensationem, prohibetur irritationem postulare, aut è contra. Quia hi modi omnino sunt distincti, neque yotus in alio includuntur. Non enim qui habet potestatem vota commutandi, ea dispensare potest, neque qui potestatem habet dispensandi, ea potest irritare, & è contra: Ergo ex parte obiecti, & materiae promissæ yotum in alio non includitur: sed obligatio voti non definitur ex solo animo promittentis, nisi talis animus in obiecto, ac materia promissa exprimitur. Ergo quamvis yonenti, non petere commutationem, vel dispensationem, intenderit, nunquam liberari à yoto: quia tamen id non expressum non liberari à yoto illo modo censendus est, solam hanc voti obligationem, sibi interdixisse. Ita Palauus tom. 3. rr. 15. d. 1. punct. 8. §. 5. m. 5.

Licet censuerit Sanctij sententiam valde esse probabilem, iudico mentem amicissimi Probabilem Ferdinandi à Castro Palao esse probabilem, <sup>valde reor</sup> Moneo tamen, si causa subiecti obtinendi dispensationem a principali yoto, non impediri esset. <sup>tempore scilicet</sup> adhuc cacter ex yoto dispensationem non perendi. <sup>probabilem</sup> Quia huius yotum voti, quod refruarum non digne, est, potest dispensationem quis petere: & illo sublato, secundum poterit dispensari. Ita in potest yotum virumque Prælatu manifestare, ut ipse ex officio præstet dispensationem, si yotum yonenti esse indicauerit. Suar. lib. 1. de voto, cap. 11. n. 6. & Sanchez. ibi, num. 36.

### PROBL. LXXXIII.

*Validum est, & non est validum yotum, ad Episcopatum non ascendendi.*

*V*andum non est. Quia qui Episcopatum desiderat, bonum opus defiderat: Ergo illius suscepit bona est: Ergo illius priuatio bona non est, neque potest. Certè Episcopatus status est perfectionis: Ergo quis nequit se obligare ad illum non assumendum: quia esset obligatus viam perfectioni praecidere, & Ecclesie statutum perfectissimum fugere: & fortassis ea de causa Gregorius Magni cap. xvi. §. 5. mandat inquiri de quodam Archidiacono Florentino, qui ad Episcopatum fuerat electus, an iusfrandum emisisset, nunquam ascendi ad Episcopatum. Non autem eam inquisitionem fieri inuberet, si tale iuramentum, aut yotum esset honestum. Ergo dicendum est huiusmodi yotum non valere. Sic Glos. ad c. vni. v. Sacra script. Nanas sum. c. 12. n. 16. Sylvestr. v. Iuramentum 4. num. 1. Azot. p. 1. lib. 11. c. 5. q. 1.

*E*st validum huiusmodi yotum. Quia negari non potest, Episcopatum ob splendorem honoris, & dimitiarum, & animarum regimen, multis <sup>yotum est validum</sup> periculis esse obnoxium. Unde cunque si propriam spectet utilitatē commodum, yotus erit illum fugere exēplo D. Augustini, Ambroſii, ac Gregorij, aliorumque Sanctorum Pontificum.

# 160 Theologiæ Moralis Lib. XIX.

ficiunt, qui hunc statum totis viribus respuebant. Ergo potest materia huius voti de meliori bono existere. Ecclesiæ vero hoc votum non præjudicat, cum non impediatur sic videntem proficere Episcopatum, cum sibi utile esse adjudicauerit. Ita D. Tho. 2. 2. 9. 18. 5. d. 2. Suar. 1. 2. de iuram. c. 13. n. 13. & 1. 2. de voto. c. 11. n. 10. &

11. Laym. l. 4. tr. 4. c. 2. n. 14. Sanch. l. 4. sum. c. 8. 2.

37. Manuel. 10. 1. sum. c. 9. 4. n. 15. Corduba. sum. q.

154. Sotus. 1. 10. de inf. q. 2. a. 2. ad 3. Gutier. p. 1.

de iuram. c. 7. 2. num. 9.

<sup>418</sup>  
Hoc tenet. &  
expono.

Profecto tale votum validum esse certissimum puto, si recta intentione emittatur, hoc est, si fiat de non procurando, neque acceptando Episcopatum quantum est ex parte vocantis, nisi necessitas, vel utilitas Ecclesiæ, vel superioris præceptū vrgeat. Votum vero sic omisso valde utile Ecclesiæ esse reor. Reddit enim Ministros aptiores, ac utiliores, ad regimen obeundū. Nam quo magis ab ambitione lunt abstracti, digniores sunt, & exactius officia exercet. Admitto quidem, Episcopatu[m] opus esse bonum, ab eo, qui irreprehensibilis est & qualitates habet ab Apostolo 3. Tū. 1. re quisitas, quas de se nemo debet præsumere; sed e[st] sit opus perfectum est tamē periculosum; ac profindè consultus cuilibet particulari eū ex parte sua respuerere, quā appetere. Crediderim verò D. Gregoriū inquisitione gestissimilexanille Archidiaconus iurauerit, ad Episcopatu[m] nō aſcedere, nō quod tali in iuramento piaculū patrasset; sed vt videret, nū expediret sic iuramento obstrictum ad Episcopatum promouere, an potius eum in suę conseruare humilitatis affectu.

## PROBL. LXXXV.

Tenet, & non tenet votum, perpetuo in Xenodochio inferniendi, aut laxiore ingrediendi Religionem.

<sup>419</sup>  
**M**inimè tenet. Quia obstat videtur Religionis ingressu, & consequenter meliori bono, & impedit, ne quis stricilius Regulare in eat institutum. Sic aliqui Neoterici in manuscriptis.

Tenet omnino. Quia quando votum includit aliquid bonum, quod est sufficiens ipsius materia, quāvis perfectiora bona excludat validum est. Nā materia illa promissa népe perpetua in Xenodochio obsequit, & in Religione laxiori professio est sufficiens voti materia respectu status imperfectioris, quem tunc videntur habet. Ita Suar. l. 2. de voto. c. 7. n. 6. & c. 9. n. 22. Valent. 2. 2. d. 6. q. 6. p. 2. conc. 2. Sanch. l. 4. sum. c. 8. n. 40. Laym. l. 4. tr. 4. c. 2. n. 12. & alij cōmitem.

Primam sententiam improbabilem omnino esse ratus, secundam esse certam affirmo. Quia contradictionum horum votorum non est melius. Non enim melius est non inferire Xenodochio, quam ibi pauperib[us] ministrare. Et licet stante huiusmodi seruitio, quis non possit Religioni addici. Quia tamen illud seruitum potest quis omittere, & loco illius Religionem inire; illud votum non est meliori boni impedimentum. Similiter votum ingrediendi Religionem laxiorem, tenet. Quia esto non sit melius quam inire stricliorem, laxiorem ingredi: tamen absolute melius est ingredi laxiore Religionem, quam nullam suscipere. Certe non est necesse; materiam voti esse quid optimum: sed satis est, contraria sua esse quid melius. Deinde per h[ab]et vota non præcluditur via ad statum perfectiorem. Nam relicto Xenodochij seruitio fas est videnti ad Regulare migrare in statutū: & ante & post professionem in Religionem laxiori, ad stricliorem transitum gerere.

## PROBL. LXXXVI.

<sup>420</sup>  
**V**alidum est, & vaſidum non est, votum de matrimonio contrahendo, si fiat animo nō consummandi, sed Religionem petendi.

<sup>421</sup>  
**V**otum de matrimonio contrahendo abloclit voluptu, omnino est inualidum. Quia ex virginitate, ac celibatum, qui est status perfectior. Trid. fes. 2. 4. can. 10. Tamē quicdam additis circumstantiis validum est huiusmodi votum: verbi gratia si alias matrimonium esset in precepto: vt si quis pueram violasset sub fide data de matrimonio contrahendo. Quia tum votum non impedit meliorē statutū: sed illum aliudē impeditum & obligau ex data fide, firmorem reddit. Alij sunt diffi- ciliores casus, quos problematicē resolutam.

ESCOBA  
Theoſi Ma-  
Tom. III. I

E IV

<sup>419</sup>  
Validum non  
est.

<sup>420</sup>  
Validum est.

<sup>421</sup>

**V**Alidum non est. Quia ut cibis delicatis quando expedit valetudini, honestum est, & idem est de honesta recreatione in leuamen naturæ assumpta: At priuatione actus honesti honestatem non habet formaliter: Ergo votū de priuationibus præfatis est inualidum. Et quia nulla est virtus moralis, cuius exercitium consuli non valeat, & à superiori præcipi: Ergo præcipi potest recreatio honesta, & cibi utilioris lūcī: Ergo potest de iis esse votū: Ergo de oppositis non potest. Sic plures, quoru[m] sententiam merito veram esse ait Palus citandus.

Est validum. Quia licet moderata recreatio, & temperata cibi moderati lūctio actus virtutis sint, ut cum ob aliquam circumstantiam specialiter non sunt valde necessaria, melius, ac utilius animo est, ab his abstinerre. Forum namque abstinentia & corporis mortification, & penitentia virtus exercetur, & anima disponitur, ut nobilioribus virtutis operibus incumbat, remotis impedimentis, quae illi obstatere possent. Quia ratione votum panperatus est validum. Nam esto bonum esse possit diuinitas habens ad pietatis opera exercenda: quia tamen assolent impedimento esse, melius est eas renunciare. Ita Sanch. l. 1. de sponsal. d. 4. n. 4. & 3. Lessi. l. 1. c. 4. dub. 5. n. 43. Palau. 10. 3. tr. 15 d. 1. pun. 8. §. 5. n. 10. Suar. l. 2. de voto. c. 8. n. 5. Azor. p. 1. i. 1. c. 13. q. 7.

Profecto illa vota frequenter sunt inualida,

## Sect. II. De Præcepto II. Problemata. 161

<sup>416</sup> *Validum est  
sunt.*

Quasi si itaque non votum de matrimonio contrahendo validum sit, si fiat animo non consummandi, sed Religionem petendi?

Validum est. Quia non impedit statum perfectiorem, siquidem relinquit liberum Religionis ingressum. Qod a fortiori procedit, cum ex parte viri quod votum castitatis fuerit emisum, tunc enim nec calibatus impeditur ex votu. Sic Sotius l. 7. de ius. q. 1. a. 3.

<sup>417</sup> *Validum non  
est.*

Non est validum. Quia matrimonij contrahens contrahentes constituit in periculo castitatem violandi, & ab statu calibus recendendi. Ergo non est gravior Deo, quam illius carentia. Non enim gratius esse potest, quod viam perfectionis difficulter reddit. Ita Sanch. l. 1. de sponsal. d. 4. num. 1. & l. 4. sum. c. 8. n. 2. Gutier. de matr. c. 4. n. 7. Laym. l. 4. tr. 4. c. 2. n. 12. Suan. l. 2. de voto. c. 9. n. 6. Palau rom. 3. tr. 15. d. 1. p. 8. §. 5. num. 1. & alii.

<sup>418</sup> *Hoc senti-  
tia longe ob-  
probrium.*

Hoc longe probabilis esse reor, præsumamque rationem conincere, licet contrahentes inter se concenerint de Religione afflenda, vel de castitate seruanda, etiam voto castitatis remisso. Quia semper adeo periculum a tali proposito recedendi, & castitatem violandi. Quod periculum quia in Sanissima Virgine & B. Iosepho abrat, & eorum matrimonium in fines perfectissimos à Divina prouidentia dirigatur: viam perfectionis nec præcūs, nec difficulter reddidit. Quando autem ab uno coniuge, altero ignorantem, matrimonium contrahetur animo adiuvandi ad Religionem, certus est, votum de tali coniugio validum esse non posse; quia est de contractu graviter contingi prædicande. Rarus enim est, qui, eo animo cognito, veller contrahere; ne maberet periculo suspicionis expositus ob aliquod vitium fuisse deseruum: quod periculum non subit, quando bona fide contractus celebratur:

### PROBL. LXXXVII.

*Votum de matrimonio contrahendo vali-  
dum est, & non est validum, quando quis  
se experitur adeo ad carnis præaula pro-  
cluem, ut vix possit se continere.*

<sup>419</sup> *Validum pla-  
nt. ipsa.*

**V**Alidum planè est. Quia posta illa facilitate delinquendi, consilirius, & utilius illi matrimonium inire, quam exstere calibem; & id ut rem vtiliorei ei potest confessarius consulere. Ergo & si poterit se fe voto ad illud inenundum obstringere. Sic Caiet. 2. 2. q. 88. a. 2. dub. vlt. Gutier. de matr. c. 4. n. 8. Sanch. l. 1. de sponsal. d. 4. n. 7. & l. 4. sum. c. 8. n. 5. Azor. p. 1. l. 11. cap. 1. q. Valen. 2. 2. d. 4. 6. pun. dif. c. 4. Tolet. l. 4. c. 7. n. 8. Bellarm. l. 1. de Monach. cap. 14. Narat. cap. 1. sum. num. 4. 1.

<sup>420</sup> *Non est  
validum.*

Non est validum. Quia adhuc posita illa facilitatinge, & peccandi consuetudine, votum de matrimonio contrahendo impedit maius bonum formaliter, nempe viram calibem, ac Religionis statim: Ergo à Deo acceptari non potest. Ita Sotius l. 7. de ius. q. 88. art. 1. Arag. 2. 1. qua. 88. art. circa 5. conclus. affer. 2. & plures doctri Neoterici

<sup>421</sup> *Probabilis  
est mihi.*

Hanc sententiam probabilem est reor, & priorem admitterem eo solummodo casu, Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

quod quis nollet oratione; Sacramentorum frequentia, ieiuniis aliisve remediis usq; ad vincenda tentativa. Matrimonium namq; ea solum ratione illi esse posset utilius calibatu quatenus est medium ad lapsus arcendos. At non est utilium, cum sint plura Domino gratiora; quibus si ille veteretur, medium matrimonij non obligaretur assumere. Ergo solum potest obligari, casu quo nolit alii uti remediis, quae est solum quedam conditionalis obligatio: quam pro libito posset infingere. Dicidi ex Suaatio l. 2. de voto, cap. 9. n. 12. Lessio cap. 10. dub. 7. num. 45. & Layman l. 4. tract. 4. cap. 2. num. 12.

### PROBL. LXXXVIII.

*Validum est, & validum non est votum ab-  
soluto prolatum ducenti pauperem me-  
retricem titulo pietatis: quia contineat &  
non continet eam conditionem: si al-  
quem ducturus sum.*

<sup>422</sup> *C*ertum est, non valere, si absolute sumatur. <sup>Non nullum</sup> *Quia huiusmodi titulus non excusat, praeterea* res promissa excludat à votante statum perfectiorem, & cohabitentiam Deo gratiorem. At si hoc votum non absolute sumatur, sed conditionaliter, scilicet hac forma: si matrimonio illigandis sum, ducam pauperem: validum est, & firmum. Quia ex vi illius voti non obligatur ad matrimonium, sed matrimonio ex eius voluntate assumpro, ad perfectissimum illius usum obligari. Solum est difficultas, at votum prolatum sub hac forma absoluta: Promitto Deo, me ducturum pueram pauperem validum, sic eo quod habeat hunc sensum conditionatum: si aliquam ducturus sum, ducā pauperē secundā. Habet quidem hunc sensum. Quia sic votens intendit le obligare quantum potest: ergo <sup>423</sup> *validum est, & e. quod res sum* non possit se obligare ad matrimonium ab ol-<sup>ut. & quod habet</sup> te, censendis est, & voluisse se obligare ad illud <sup>um præ-  
sub præ-  
fatur</sup> conditione. Ergo votum absolute faciat, prolatum ducenti pauperem meretricem, est validum, scilicet Sotius l. 2. de voto. c. 9. n. 1.

<sup>424</sup> *V*alidum non est illud votum absolute prolatum. Quia hunc sensum conditionatum non habet. Verba enim illa sunt absoluta, quibus per modū unius matrimonii cum puerla pauperē promittitur. Ergo votum non potest esse validum. Ita Sanch. l. 1. de sponsal. d. 4. n. 12. & l. 4. sum. c. 8. n. 5. Palau rom. 1. 1. d. 1. p. 8. §. 5. n. 15.

<sup>425</sup> *H*oc probabilis credo. Quia dum de conditionata intentione non conflat, sine fundamento verba illa explicantur, præcipue cu obligatio voti affirmari non debat, nisi de illa clarè cōfiteretur.

### PROBL. LXXXIX.

*Valida sunt, & non sunt valida hec vota:  
Promitto, me nullam Religionem in-  
gressurum, nisi Societatis Iesu (v. g.)  
Promitto, non recitaturum nisi flexis  
genibus, & similia.*

<sup>426</sup> *V*Alida omnino sunt. Quia hoc est votum <sup>alida sunt</sup> conditionatum obligans ad recte perfecta scilicet has vota.

et ad ingressum in Religionem, ad recitationem referentem: & licet alia bona excludant, id est consequenter, & non directe. Certe consultius est cuiuslibet, ad opus pietatis sub conditione obligari, quam omnino liberum esse sed ex vi illarum promissionum obligatur voulens sub conditione opera pietatis exercere. Ergo illa sunt valida vota. Sic Sanch.

lib. 4. sum. cap. 8. num. 47.


437  
Non sunt va.  
lida.

Minime sunt valida. Quia illa vota ad summum hunc sensum conditionatum habent: si aliquam Religionem ingrediar, promitto Societatem Iesu inire: si orationi dedero operam, flexis genibus geram: sed in hoc sensu conditionato tacite seu indirecte promittitur materia Voto inepta aded, ut ab ea non possit promissio separari. Ergo illa vota sunt invalida. Minorem prob: Non enim solum promittitur ingressus in Societatis Religionem. Sed promittitur non ingressus in alias: non solum promittitur recitatio flexis genibus, sed & nulla alia: alias non esset pecatum aliam inire Religionem, & preces sedendo profundere: Ergo praefata vota nullius sunt valoris. Ita Palau tom. 3. tractat. 15. d. 1. punt. 8. §. 5. num. 16. & probabile iudicat Sanctius ubi supra.

438

Eiusdem  
sum menti.

Hanc eligo sententiam existimans, illa Vota terrahere promittentem ab operibus bonis absoluta, & solum sub conditione pendente à propria voulentis voluntate obligant ad opus perfectum. Ergo minime cadunt in Dei obsequium, neque in voulentis virtutem. Illud tamen aduerto cum Santio num. 48. Volla esse Vota illa, si negatis excludat materiam Voto ineptam: verbi gratia si quis promittat, non recitare, nisi attente. Quia per hanc negationem excludit sine attentione recitationem. Idem est, si promittas: nullam aliam ducere nisi pauperem; excludis namque coniugium omnium aliarum, nisi pauperis: quæ est exclusio materie Voto inceptæ.



## CAPVT XX.

### Circa Voti obligationem.

#### PROBL. XC.

*Ex sola intentione voulentis, supposta materie grauitate, potest, & non potest Voti obligatio limitari, ut sit leuis.*

439  
Non nulla re-  
cuso.

**R**ecuso, de Fide esse, ac lumine naturali notum. Votum ad ipsius executionem obligare. Nam si fides data homini obligat, ut serueretur: quantò magis fides data Deo? Obligat autem ex virtute fidelitatis, quæ comparatione Dei est vera Religio; colitur namque Deus, & honoratur, dum serueratur id, quod ei est promissum. Porro hæc obligatio voti ex suo genere graue est. Quia graue est

Deo fidelitatem praestare, & cultum debitum exhibere. Verum ex levitate materie posse Votum leuiter obligare eis que transgressum culpari veniale non excedere communiter Doctores affirmant. Quæsi enim verum ex sola voulentis intentione, supposita materie grauitate, possit voti obligatio limitari?

Minime potest. Quia posito Voto, obligatio illius à lege diuina, & naturali immediatè prouenit: lex namque diuina obligat promittentem, in promissis esse fidelem. Sed obligatio legis diuina, & naturalis semper est iuxta materię grauitatem: Ergo obligatio Voti leuis esse non potest ex intentione voulentis, materia grauitate supposita. Sic Sotus lib. 7. de inst. quæst. 2. art. 1. in corp. Corduba sum. quæst. 188. pars 1. Valq. 1. 2. d. 15. 8. cap. 4. num. 34. Basili. 12. de sponsal. cap. 2. num. 12.

440  
Minime potest.

Maxime potest. Quia lex in materia graui potest leuiter obligare, ut disertè probat Paulus tom. 1. tractat. de peccatis d. 2. punt. 8. Ergo Votum, quod est quedam lex priuata graui quidem ex se, leuiter poterit obligare ex voulentis intentione. Nam sicut ex intentione legislatoris nascitur obligatio legis, sic ex voulentis intentione Voti obligatio: Ergo iuxta eius intentionem commenurari debet. Ita Suar. lib. 4. de voto, cap. 4. num. 7. Palau tom. 3. tr. 15. d. 1. punt. 11. n. 4. Sanch. 1. de sponsal. d. 9. n. 6.

Probabilius hoc mihi, quod amplius expo- 441  
no. Liberum est promitteri, ut velle obligari, *liberum est* cum obligatio promissionis ex illius pendas voluntate. Ergo liberum ei est, nolle totam obligationem subire. Possum ergo voulere Rosarium; vel officium Deiparae, vel iejunium (quæ grauem continent materiam) sub venialis paculi obligatione litare.

#### PROBL. XCI.

*Obligatio Voti est, & non est solum fiducitatis.*

Posito Votum per se grauite obligare, & aliquando- tum ex voulentis intentione, *liberum est* tum ex materia promissa leuem obligationem inducere, est inquirendum, qualem inducat obligationem, an fidelitatis tantum, an etiam illius virtutis, ad quam pertinet materia promissa: verbi gratia: Promitti quis Sacrum facere, seruare iejunium elemosynam clargini obligatus ne est solum ex fidelitate servare promissum, an etiam ex speciali virtute Religionis, Temperantiae, vel Liberalitatis.

Obligatus est non solum ex fidelitate, sed etiæ ex speciali ea virtute, casu quo ex speciali affectu virtutis, ad quam pertinet materia promissa, Votum emitat. Quia legislator præcipiens actum obligat præcepto illius virtutis, cuius est actus præceptus: præcipiens enim iejunium obligat ex virtute Temperantiae & præcipiens Sacrum audire, vel dicere obligat ex virtute Religionis: sed Votum est quedam lex priuata: Ergo hanc sibi obligationem imponit. Sic Sanch. 1. 4. sum. cap. 11. num. 6. Valent. 2. 2. d. 6. quæst. 6. punt. 4. quæst. 1. concl. 2.

Votum de re alijs non præcepta solù obligatio fidelitatis inducit, quævis voulentis inten-

dat